Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26002
Copyright: Admont, Benediktinerstift



qui uelut hominibus consulendo se iam pro deo colendos ingerebant. quibus
uicissim audiendis gentilitas quanto magis naturalis industrie uires expenderat
tanto minus potuit ab iniquitatis sue sorde curari. Unde bene marcus de hac
muliere scribens ait. Et fuerat multa pessa a conpluribus medicis. et eroga
uerat omnia sua nec quicquam profecerat sed magis deterius habebat. Sed hec ubi
pplm iudeorum egrotare uerumque de celo cognouit ad eē medicū. cepit et ipsa
languoris sui sperare pariter et queritare remedium. Accessit retro et tetigit
fimbriam uestimenti eius. et confestim stetit fluxus sanguinis eius. Acce-
dit et dnm tangit ecclā. que ei pfide ueram appropinquat. Accedit autē
retro siue iuxta qd ipse ait. si quis mihi ministrat me sequatur. et alibi pcipitur.
post dnm dm tuum ambulabis. siue quia psentē in carne dnm non uidens
pactis temporarie dispensationis sacramentis eius iam pfide cepit uestigia
subsequi. Tangit autē fimbriam uestimenti. et undā restringit sanguinis.
Quam beatus et uere mundandus. qui extremā uerbi partē fidei manu conti
gerit. Nam rarus ualde qui eius uel in pectore recumbere uel caput mereatur
pistica nardo pungere. pedes eius et capillis suis tergere promeruit. Et ait
ihs. Quis est qui me tetigit. Non ut ipse que nesciat doceatur. sed ut uirtus fidei
quam nouerat immo quā ipse dederat in muliere declaretur interrogat.
Negantibus autē omnibus dixit petrus et qui cum illo erant. Preceptor turbe
te conprimunt et affligunt. et tu dicis quis me tetigit. Quē turbe cōmitantes
passim conprimunt una credula mulier dnm tangit. quia qui diuersis in
ordinate glomerantiū heresibus adfligitur sola catholice ecclē fideliter
corde queritatur. Nam sicut quidā uidentes non uident et audientes non audi
unt. ita et iā tangentes non tangunt. non fideliter xpm tangunt. Unde cuidā
amanti quidē sed non dū plene credenti dicit. Noli me tangere. non dū enī
ascendi ad patrē meū. apte dicens quid sit eum ueraciter tangere. patri
scilicet equalem credere. Et dixit ihs. Tetigit me aliquis. nam ego noui uir
tutem de me exisse. et cetera. Dicat pelagius si placet suo conamine saluari.
dicamus autē nos quia uana salus hominis. indo faciemus uirtutē. Nam et ipse
uirtutem qui propicietur omnibus iniquitatibus nris. et sanet omnes languo
res nros non ex nobis ipsis. sed de se nouit exire. Non ergo latet eū quis fimbriam
tetigerit. idē incarnationis misteria donec ad maiora capienda pueniat. pfec
te amando crediderit. Et ipse dixit illi. filia fides tua te saluā fecit. uade in
pace. Ideo filia quia fides tua te saluam fecit. nec dixit fides tua te saluā factu
ra est. sed saluam fecit. In eo enim qd credidisti iam saluā facta es. Ad huc illo
loquente. genit quidā ad principē sinagoge dicens ei. Quia mortua ē. filia
tua. noli uexare illum. Saluata a profluuio sanguinis muliere mox filia
principis mortua nuntiatur. quia dū ecclā uitiorum labe mundata et ob fidei me

cum et ille magnus fuerit
q se indignū dicebat eius
calciamenta portare. magna
et illa que et unguere

affligunt